



Universitätsbibliothek Paderborn

Exhortationes|| Ad|| Religiosos

Dirckinck, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1704

3. De emolumentis crebræ confessionis. Thema. Si confiteamur peccata nostra, Deus fidelis est & justus, ut remittat nobis peccata nostra. 1. Joan.
1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)

festarem citè propriat, dummodo debito modo fiat. Cui S. Ambrosius adstipulatur dicens: *Confessio à morte liberat, aperit paradisum, p[ro]m[on]et salutis tribuit: quia non mereatur iustificari, qui in vita sua noluerit confiteri.* His igitur animati & excitati, magnâ diligentia & præparatione hoc Sacramentum frequentemus, & præstantissimos hosce fructus reportabimus.

Quapropter, Charissimi, quotiescumque, hebdomadibus singulis, aut festis diebus ad penitentia tribunal

accedimus, hoc funiculo triplici ardore Deo uniamus. Contritionem sinceram ex amore Dei, super omnia dilecti, eliciamus. Confessionem exacte, cum dictis conditionibus, peragamus. Satisfactionem quoque prescriptam, prompte alacriter, mox implamus. Hac ratione & peccatorum nostrorum remissionem, & anima munditiem, & mentis decorum ac pulchritudinem; & à confusione liberationem, & perpetuam regnacientis gloriam nanciscemur.

EXHORTATIO III. IN REGULAM VI. SUMMARII,

Ostendit Confessionis hebdomadariae causas & fructus.

THEMA.

Si confiteamur peccata nostra, Deus fidelis est & justus, ut remittat nobis peccata nostra & emundet nos ab omnī iniquitate. I. Joan. I. 9.



Lterum puritatis conscientiae conservandæ antidotum, in Regula 6. à S. Patre prescriptum, est ex homologesis hebdomadaria, qua per cor piscis, suus Raphaelis Archangeli, à Tobia affervatum, adumbratur. Dum enim Tobias interrogarer: *Obsecro te Azaria Frater, ut dicas mihi, quod remedium habe-*

bunt ista, quae de pisco servare iussi? Et respondens Angelus dixit: *Cordū ejus particulam, si super carbones ponas, sumus eis extricata omne genus demoniorum, ita ut ultra non accedant.* Tob. 6. Arque ita prosus evenit; Tobiae enim Sarco cubiculum ingresso, ac paratem piscis ignis impouente, atque in oratione feli prosterente, fugatum est dæmonium, ita ut deinceps nunquam reverterit. Par ratione, ducas per veram contritionem, & emendationis propositum, cor nostrum quasi

quasi in duas partes disiectum igni
charitatis in Deum, imponimus, & ge-
nerali exhomologesi peccata debite
expiamus; Diabolus fugatur; & si
peccata quædam repullulantia, & in-
fusantes fæse reliquias, quot hebdo-
madibus, amputemus & evacuemus,
diabolus nunquam redit; ut experi-
entia ipsius didicisti: Deo enim
cor jam occupante, sanctorumque An-
gelorum custodiâ illud circumvallan-
te, hostis locum in eo non reperit, licet
tanquam Léo rugiens circumeat, por-
tam indagans, per quam denuò intret,
ut hominem devoret.

Quare causas præscriptæ exhomolo-
geseos hebdomadaria, & fructus
multiplices exhortatione præsente
explicabimus, ut è magno cum fru-
tu utamur.

1. Exhomologeseos de tota vita, sub ingressum Societatis instituendæ,
causam, superiori insinuavimus esse; ut
scilicet peccatis nostris omnibus, in
unum quodammodo cumulum con-
jicit, ac simul in conspectu positis, ma-
jore & intimiore doloris ac detrac-
tionis sensu feriamur. Annuz vero
causam esse asserimus, ut Oeconomo-
rum, mercatorum, quaestorum more,
quotannis rationes nostras rite perfici-
amus, meliusque coram supremo Ju-
dice in hora mortis subsistamus. At
quenam, obsecro, causa exhomolo-
geseos hebdomadaria? S. Pateiarcha
nullam quidem assignat; haud tamen
difficulter eam augurabimur: nam

1. Ut efficax foret contra relapsum
in peccata facili alexipharmacum.
Quemadmodum enim, morbo depul-

so, remanent ejus reliquia, pravæ
que in membris dispositiones, quæ nisi

contrariis evacuentur medicamentis,
aggritudinem facile revocant; ita in
Tyronibus recenter è mundo, in por-
tum religionis, appulsi, remanent ha-
bitus vitorum, actibus multis gene-
rati, qui nisi per exhomologesim, limi-
tiaque media carentur, facile in pri-
mâ peccata relabuntur. Confessio, in-
quit S. Isidorus L. I. c. 12. sanat, con-
fessio justificat, confessio peccatis veniam
donat. Omnis spes in confessione confi-
stir. Neque hoc alexipharmacum ma-
gno stat pretio, nec viscera dolore cru-
ciat; sed expeditum est & facile. Num
opus, interrogat S. Chrysostomus

Hom. 10. in cap. 4 Gen. aliqua sine
hic expendenda? num via prolixa eun-
da est? num dolorem & cruciatu affert
hac medicina? Absque sumptu & cru-
ciatu est præsens pharmacum, in pristi-
ne firmatatis valetudinem restituens.
Sicut ergo antidota & pharmaca præ-
servativa crebra, morbo redditum præ-
cludunt: & sicut scarificatio men-
struæ aut hebdomadaria, noxios pau-
latim & successivè humores & fan-
guinem extrahit, atque ad servandam
sanitatem corporis multum juvat: ita
exhomologesim hebdomadaria non
minus ad animæ salutem conductit.

2. Ut fons esset, cuius aquâ limpi-
dissimâ fordes quotidiano ufu, adha-
rentes, & maculas quotidianas iden-
titem ablueremus: Sacramentum e-
nimi penitentia; est fons ille per Za-
chariam prophetam Ecclesiæ promis-
sus c. 13. Fons patens habitantibus
Ierusalem, in ablutionem peccatoris.

B b 3 Quem-

XVI

Quemadmodum igitur industia, map-
pæ & similia ab iis, qui paulò hone-
stioris conditionis sunt, siugulis heb-
domadis mundantur atque lavantur:
sed & domus eorum frequenter pur-
gantur: ita multò magis, hæc cura ani-
mæ per confessionem peccatorum,
quot hebdomadibus, exhibenda est, ne
eandem corpore vilorem existimare
putemur. Et licet levia solùm peccata
committamus, quæ veluti molitores,
in mundi hujus molendino versantes,
farinam ejusque pulvisculoſ penitus
devitare nequimus; ſepe nihilominus
ad pulveres hosce diſtudiendos, ani-
maque vēstem mundandam loca fe-
taceæ ſunt adhibenda. Sicut enim na-
vis ſentina ſepiuſ exhauriuit, ne na-
vem aquis ſtillatim intrantibus, ni-
mimum excreſcentibus, demergat: ita
& anima ſentina quâvis hebdomade
& ſepiuſ exhaurienda eſt, ne ſuā mul-
titudine, peccata licet levia navem de-
mergant; id eſt damnationi aternæ
obnoxios reddant.

3. Ut inquietudinum & perplexi-
tatum eſſet remedium. Nam ut dixit
Sapiens Proverb. 28. 13. *Qui ab con-
fiteſcet ſua non dirigetur: qui autem
confeffiſ fuerit, & reliquerit ea, miſeri-
cordiam conſequetur.* Veluti coma,
qua non frequenter pectitur, uſque a-
deo implicatur, ut vix, aut certè non
abſque ingenti labore & dolore extri-
cari valeat: ita & conſcientia, qua
non frequenter per confessionem pe-
nititur, intricata valde efficitur; nec
ſue magno labore purgari, ordi-
nari & tranquillari potest. In cre-
brâ autem exhomologesi arbitrii con-

ſcientia, prudentia & charitas, pe-
nitentis auūum, diſſolutis nodis, expli-
cat ac tranquillat. Telle S. Gregorio
hom. 40. in Evang. *Sicut canum lin-
guæ, dum vulnus lingit, curat, ita De-
toreſ ſancti, dum in confeſſione nos in-
ſtruunt, queſi vulnus mentis per lingua-
ſum curant.* In animâ autem laicra-
tionis curatâ, ac pacatâ, locum non
reperiunt. Cacodæmonis fraudes &
lauei, néc fallacia ejus ac sophiſma-
ta. Sicut enim araneus vitat cubicula
divitium, eò quodd ſepe purgantur,
ſcopiſq; pulveres & tela detergantur;
ita & Diabolus, dum cernit tentatio-
nes suas frequenti coſfeſſione diſpari,
fugit illos religiosos, qui hebdomadari-
um peccata expiant. Ex quibus omni-
bus reſtè inferimus, quām proide, fa-
pienterque S. Fundator noſter filiis ſuis
hebdomadariam exhomologesin de-
mandarit.

II. Prædictis accedunt plures alii
fructus nobilitissimi, quos ex confeſſio-
ne hebdomadaria ac crebriore perci-
pimus: nam

1. Sacramentum poenitentie eſt fons
aquaſ ſalientia in vitam aternam: gra-
tia ſeſcilec, qua eſt theſaurus inefſtimabili-
bilis, omnibus mundi theſauris, omni
auro, & gemmis longè praſtantior.
Primo quidem ex parte Sacramenti,
& ut ſchola Theologica loquuntur,
ex opere operato: Christus enim Sal-
uator noſter huic Sacramento, ſicut &
ceteris, ſui ſanguinis pretiosi virtute
& merito quandam gratia portionem
contulit, Sacraenta participantibus
communicandam. Secundo *ex opere
operantis:* propter religionem & vir-
tutum

tutum opera, quæ homo exercet in hoc Sacramento, scilicet humiliando, preces fondendo, genua flectendo, contritionis actus eliciendo, pœnitentiam injunctam persolvendo; ita ut majori preparationi, devotionique gratia quoque major respondeat.

2. Vi Contritionis, peccatorum cum lethaliū, tum venialium culpa, & pœna pro iis debitæ certa pars ex opere operato remittitur: major tam pœna pars uni, quam alteri ex opere operantis relaxatur.

3. Crebrior confessio pœnitentem præservat, ne facile in peccata prolabitur: tum quia gratia sacramentalis robur addit; tum quia homo studio maiore cavit sibi, dum peccata Sacerdoti in tribunali sacro manifestanda esse cogitat.

4. Crebrior animi expiatio peccata, habitus malos, pravisque inclinations in anima radices altiores agere non finit; semper enim vellicantur, & crescere non sinuntur.

5. Crebrior exhomologesis ad mentis directionem plurimum confert: Arbitreri enim conscientia Dei, vices generis, non modò medendi; verum etiam illuminandi ac dirigendi gratiam à Deo obtinet. Cui enim Deus officium in Ecclesia committit; eidem ad illud ritè exercendum necessaria tribuit, ut vel hinc pateat, quanta eidem fides & reverentia sit adhibenda.

6. Tentationes minuit: mitius enim & tenuius à Diabolo tentatur homo: quoniam fraudes ejus saepius detegit, sapius eum vincit, ac de-trumphat.

7. Conscientia pacem ac serenitatem parit: ex qua gaudium spirituale, ac fiducia filialis erga Deum nascitur: nam mens sibi bene conscientia, mens serena & tranquilla est qualiter juge convivium.

8. Securitatem quoque pœnitenti adfert: in gratia enim statu constitutus nulla mortis mundive pericula reformat: *Nulla nocebit ei adversitas, si nullae ei dominetur iniurias.* Hæc verò securitas augabitur etiam in hora mortis; quæ ei tranquilla accidit; nec ad reddendam Judici rationem magno perere trepidabit: cum solatio non exiguo sit recordari se toties conatum esse, ex sincero Dei amore, verum de peccatis dolorem elicere, totiesque per pœnitentia Sacramentum, animæ stolam in sanguine agni dealbasse.

9. Majorem parit in celo gloriam, que digna hujus Sacramenti frequentatione semper augetur: cum augmento enim gratia, charitatis & cuiusvis virtutis, incrementum quoque capit correspondens gloria.

10. Confert majus auxilium proximorum: quod enim instrumentum est purius, perfectius, Deoque conjunctius; eò ad promovandam aliorum salutem & perfectionem aptius evadit.

Atque his fructibus, & emolumentis multiplicibus viri sancti gratia & perfectionis cupidissimi, permoti fuere; ut Sacramentum hoc creberimè frequentarent. S. P. noster Ignatius indies, nec rarius S. Franciscus Xaverius si modò copiam Absolventis haberet, S. Franciscus Borgia binis in die vicibus, se apud conscientia arbitrum de peccatis

peccatis accusabat. R. P. Ludovicus de Ponte, quotidiana exhomologesi animum expiatbat : licet Sacerdos absoluturus (quod & de antedictis intelligendum est) vix culpam inveniet, à qua eum absolveret. L. 2. vitæ c. 6.

Quod igitur, ex praescripto S. Parentis nostri pœnitentia Sacramentum hebdomadatum frequentare debeamus, magnum sanè argumentum est, paternæ ejus sollicitudinis, & charitatis Divinæ, quam Deus pro nobis gerit ; ut infirmitati nostræ melius consulatur. Similes enim sumus, ut antè diximus, nautis naves multis rimis fissas lacerisque habentibus, qui si certis temporibus aquam guttatum illapsam non exhauriant, sentinamque eva-
euent, naufragii periculum incurront. Ita pariter si in nos peccata per rimas sentuum tanquam noxii humores, non importarentur, hac regulâ opus haud foret ; at cum illa indies in animam fese insinuant, absque dubio exantlatione assiduâ est opus : cum enim semper nobis cum peccatis sit negotium, ut etiam septuages septies Petrus pec-
cata jubeatur condonare, semper ex-
hauriendum est : & quoties confite-
mur accum Davide dicimus : *Peccavi
Domino : audimus illud Nathan Pro-*

*pheta à Domino : Transtulit Dominus
peccatum tuum. Confitebor adversum
me iniquitatem meam Domino, & tu-
misisti impietatem peccati mei. Ps. 31.5.*

Quocirca, *Dilectissimi*, cum fructus tam nobiles, tamque insignia ex he-
domadaria & crebra confessione emolumenta proveniant : Deum lau-
demus, gratesque ei referamus, quod per S. Ignatium, legem adeò salu-
rem tulerit : deinde libenti ac prompto animo, debitâque cum diligentia,
hoc Pœnitentia Sacramentum quo-
hebdomadibus frequentemus : hic
ratione contra relapsum in peccata-
lexipharmacum ; pro ablueris sor-
dibus animæ fontem, pro perplexi-
tibus remedium habebimus, gratiam
facientalem obtinebimus, culpam
penamque delebimus, in virtute ro-
borabimur, peccatorum radices extir-
pabimus, à conscientia directori-
bus illuminabimus, pacem & tran-
quillitatem animi consequemur, ma-
jus auxilium ad salutem proximi con-
feremus, in vita & morte securitas
majore gaudebimus : ac denique
illustriori in cœlo gloria
ceronabimur.



EX.